Fragmentarium

propriorũ ſenſuũ ſenſata . hinc igitur cogũt ponere
ſenſum cõmunem . nos autem percipimus ĩ nobis
eſſe cognitionẽ ſenſibiliũ formarũ et quando res
non eſt preſens : et hec cognitio eſt altioris ab
ſtractionis q̃ cognitio ſenſibilis ſicut ſuperius de
terminauimus ſcimus enĩ q̃ alterum eſt virtus
que bene tenet : et alterum eſt virtus que bene
recipit : quoniam bene tenens pficitur ſicco fri
gido : et bene recipiens perficitur humido . et
cũ ſenſibilis bene recipiat et non teneat re ab
ſente . ſcimus ſenſibilem virtutem vniuerſalit⁹
nã eſſe illam que tenet ymagines rerũ apud
nos quando res ipſe non ſunt preſentes : nos
autem in nobis circa ſenſibiles formas tripli
cem experimur in genere cognitionem quarũ
vna eſt que eſt circa formas acceptas per ſen
ſum hoc modo quo ſenſate ſunt . alia autem
que eſt circa intentiones que nũq̃ in ſenſu
fuerunt : ſed tamen a ſenſibiliũ conditionib⁹
non ſunt ſeparate : ſicut eſſe conueniens vel
inconueniens et amicũ vel inimicũ et eſſe fili
um et non filiũ : matrem et nõ matrem ſicut
ouis noſcit filium . et illi et non alij porrigit v
bera lactando : et fugit lupũ vt inimicũ et ca
nem ſequitur vt cuſtodem : et vtraq̃ iſtarũ cog
nitionũ eſt de hiis que ſunt apud nos re non
preſente . Eſt autem et quedam tercia que ag⁹
tam in formis ſenſatis q̃ in intencionibus cõ
ponendo et diuidendo que eſt quaſi cõmunis
virtus ad quam referuntur tam forme ſenſate
q̃ intentiones elicite ſicut ſenſata particularia
ad ſenſum cõmunem . Reſumamus igitur duo
principia per que diſtinguuntur vires iſte dicen
tes q̃ actiuum quod eſt formale non pficitur
eodem quo perficitur paſſiuũ quod eſt recipiens
et tenens . cum igitur quedam virtus ſit que te
net et recipit formas prius ſenſatas : illa erit
paſſiua perfecta frigido ſicco in cõplexione orga
ni cuius ipſa eſt actus . Cum autem in nobis
experiamur eſſe cognitionem intencionũ elicita
rum ex ſenſibilibus formis oportet eſſe aliquid qđ
eliciat et agat illas intenciones : et illius erit q̃
ſi potencia actiua agens intentiones illas ex ſen
ſibus cuius pfectio in complexione ſui organi eſt
calidum ſpirituale ꝛ formale valde . reſeruatorium
ergo formarũ ſenſatarũ vocauerunt peripatetici
imaginem alias imaginationem . et quibuſdam
placuit q̃ vocetur virtus formalis eo q̃ ſeruat a
pud nos formas . actiuũ autem et elicitiuũ inte
tionũ vocauerunt extimacionem : quia vero etiam
experimur apud nos iterũ teneri intenciones elici
tas ſicut tenentur forme ſenſate : et non eſt ab ea
dem potencia tenere ꝛ agere ſicut dictum eſt : n͡ĩ
idem tenens eſt quod tenet formas ſenſatas et ĩ
tenciones elicitas ex eis eo q̃ altior gradus abſtrac
tionis eſt intencio q̃ forma ſicut ſupra diximus.
ideo coacti ſunt inuenire virtutem anime que te
net intenciones elicitas ab eſtimatiua virtute : et

hanc vocarunt memoriã . Adhuc autem nos expe
rimur nos vti cõponendo et diuidendo tã formis
q̃ intentionibus . facimus enim hominem cũ du
obus capitibus : et aliquid compoſitũ ex multipli
ci forma ſenſata ꝛ cõponimus hoc cum intentioni
bus quas elicitas habemus apud nos . et oportet
q̃ faciens illud ſit aliquid cõmune ad quod tam
forme q̃ intentiones referuntur ſicut ad quoddã
cõmune . et hoc vocarunt fantaſiam que exiſtens
inter memoriam in qua ſunt intenciones : et ĩ
maginatiuã in qua ſunt forme accepte per ſenſũ
vtitur vtriſq̃ componendo et diuidendo . et hoc ope
ratur in ſompnis : ſicut et in vigilia . fantaſia au
tem ab apparitione dicta eſt : quoniam illa eſt
maior cognitio quam habeat aĩa ſenſibilis . et ẽ
vltimũ virtutis eius . et hec a vulgo in homini
bus vocatur cogitatiua . cum tamen proprie cogi
tare rationis ſit proprium . hec autem fantaſia
plurimũ confert eius recordationi quod oblitum
eſt per hoc quod mouet intentiones ad formas :
et formas ad intencionem . per hoc enĩ venitur
in ſimile aliquid eius quod prius ſcitum fuit : et
per illud venitur in oblitum ſicut nos in libro
de memoria et reminiſcentia oſtendemus . hec
etiam eſt illa que intellectualia aſſimulat corpo
ralibus . Intellectuales enĩ diuiſiones vnius in
multa aſſimulat diuiſioni arboris multos in ra
mos ſicut id quod facimus in arbore porphyrij de
diuiſione predicabiliũ et reſultacione quã facit
ipſe intellectus poſterioris in primis aſſimulat
ſcalis ſicut eſt id quod tradidit pictagoras de ſca
la aurea . ſecundũ congruentiam autem operũ
parypatetici tradiderunt iſtis viribus ſitum oẽs
enim organicas eſſe tradiderunt eo q̃ ſunt circa
pticularia tantũ . omnis enim forma particula
ris in materia aliqua eſt : quoniã forma ſine
omni materia accepta ẽ vniuerſalis circa quam
operatur intellectus : ſenſum igitur cõmunem ĩ
anteriori parte cerebri poſuerunt in loco vbi con
curũt nerui ſenſitiui quinq̃ ſenſuum ſicut enĩ
quodam centro qui locus meduloſius eſt et humi
dus poſt quem locũ eſt duricies maior ex frigidi
tate cerebri proueniens et illũ dixerũt theſaurũ
formatũ in quo retinentur forme et ĩmobilitan
tur qui thezaurus imaginatiua vel formalis voca
tur . In prima autem parte medie celle cerebri
vel cellule que calida eſt ex motu multi ſpiritus
ad ipſam poſuerunt extimatiuam que elicitiua
et actiua eſt intencionũ . thezaurũ autem eius
reſeruantẽ intenciones qui memoria vocatur in
poſteriori parte cerebri poſuerunt qui locus eſt
ſiccus propter neruos motiuos qui oriuntur ab
ipſo : cuius ſignũ eſt : quia leſa illa parte perdi
tur vel leditur memoria in omnibus animalibus
fantaſiam autem que conuertit ſe tam ſuper in
tenciones q̃ ſuper formas poſuerũt in medio
medie celle tamq̃ centrum inter imaginatiuã
et memoriam . huius ſignũ eſt : quia leſa media

alia virt ẽ q̃ bene ten; et alia que recipit ;

ee conueniẽs vel ĩconueniẽs amicũ vel inimicũ ;

reſumaᵃ igit duo pñcipia p q̃ diſtin guntur vires iſte ;

reſeruatori ũ formarũ ſenſatarũ peripatetici vocauerunt ymagiatorẽ ;

coacti ſũt in uenire vĩtutẽ aĩe q̃ tenet ĩtentiones elicitas ;

Ad huc nos
Experim componendo et diuidendo tã formis q̃ intentionibus ;

No

ffantaſia ab appari tione dicta eſt ;

Hec eſt illa q̃ intellectualia aſſimulat corporib⁹ ;

fforma ſine materia accepta ẽ vniuſalis ;

Thezaurũ reſeruantẽ memoria vocatur ;

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 95, f. 2r – Albertus Magnus, Commentarius in librum de anima and De somno et vigilia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zxc4/8645/65871)